

NEUES ARCHIV

DER

GESELLSCHAFT FÜR ÄLTERE DEUTSCHE GESCHICHTSKUNDE

ZUR

BEFÖRDERUNG EINER GESAMTAUSGABE
DER QUELLENSCHRIFTEN DEUTSCHER GESCHICHTEN
DES MITTELALTERS

FÜNFZIGSTER BAND



BERLIN 1935
WEIDMANNSCHE BUCHHANDLUNG
SW 68. ZIMMERSTRASSE 94

UNBEKANNTE URKUNDEN ZUR REICHSGESCHICHTE
DES 12.—14. JAHRHUNDERTS.

Von

JOHANNES RAMACKERS.

Bei meinen Nachforschungen in den Archiven und Bibliotheken Belgiens, Hollands und Nordfrankreichs für die Regesta pontificum Romanorum fand ich einige Urkunden deutscher Könige und Kaiser, die für die Reichsgeschichte des 12.—14. Jahrhunderts nicht ohne Bedeutung sind. Ich drucke sie im Folgenden ohne Kommentar ab, da die Urkunden aus sich heraus verständlich sind.

Einer besonderen Erklärung bedarf nur das erste Stück. Wie diese Barbarossaurkunde in das Königliche Hausarchiv im Haag gekommen ist, bleibt ein Rätsel. Denn mit den Nassauer Archivalien, die im Haager Hausarchiv beruhen, hat die Urkunde nichts zu tun. Ebenso wenig — was vielleicht eine Erklärung

¹) Ich verweise nur auf das Sacramentarium Gregorianum c. 28, 1 und 153, 1 (LIETZMANN S. 22. 90): *Deus, qui — — etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti*. Auch für das Ende des Prologs der Vita Aldegundis (SS. rer. Merov. 6, 85): *ut, quarum annua vota celebramus officia, earum intercessionibus adiuvari mereamur*, möchte man ein solches Vorbild vermuten.

²) Da es sich vielleicht um einen auf Ostern bezüglichen Text handelt, darf man daran erinnern, daß Marculf in seinem Prolog sich an den Begleitbrief des Victorius zu seiner Oster-
tafel (MG. Auct. ant. 9, 677f.) angelehnt hat; vgl. KRUSCH, NA. 4 (1879), 172.

böte — kann sie durch Erbverbindungen thüringischer Fürsten mit dem Hause Nassau dorthin gekommen sein, da von solchen nichts bekannt ist. Und die Möglichkeit, daß das Dokument käuflich erworben sei, betrachtet der Direktor des Hausarchivs, Herr Dr. N. JAPIKSE, wie er mir freundlicherweise mitteilt, fast als ausgeschlossen.¹

Von dem Inhalt der Barbarossaurkunde wußte man bisher durch eine über dieselbe Sache ausgestellte Urkunde des Bischofs Udo von Naumburg vom gleichen Tag² und darnach hatten STUMPF³, DOBENECKER⁴ und ROSENFELD⁵ diese angeblich verlorene Entscheidung Friedrichs I. in ihre Regesten aufgenommen, die sie zu 1165 März 18 nach Zeitz verlegten. Nach dem Wortlaut der neuen Urkunde geht nun in Verbindung mit der Urkunde Udos von Naumburg hervor, daß die Handlung zwar in Zeitz, die Beurkundung des Rechtsgeschäftes aber in Erfurt vor sich gegangen ist. Friedrich Barbarossa ist also von Altenburg, wo er am 26. Februar 1165 nachzuweisen ist⁶, über Zeitz und Erfurt nach Fulda gezogen, wo er am 29. März für Frauenbreitungen urkundet.⁷

Auch rechtsgeschichtlich ist dieses Diplom von erheblicher Bedeutung. Denn es erhebt sich nunmehr die Frage, ob das Vorhandensein einer Ministerialität, die man mit ALOYS SCHULTE als ein Charakteristikum der meisten freiherrlichen und freiständischen Klöster und Stifte bezeichnen kann⁸, wirklich bedeuten würde, daß der Konvent des Naumburger St. Georgenklosters sich aus Mitgliedern des hohen Adels oder doch aus Freigeborenen rekrutierte. Das zu entscheiden, ist Sache der Naumburger Geschichtsforschung, die hier vor einem recht interessanten Problem von allgemeiner Bedeutung steht.

¹) An Dorsualnotizen, die aber auch nicht weiterhelfen, sind zu notieren: von Hand s. XIII *privilegium imperatoris Friderici super hominibus, qui se appellant herscilt*, von Hand s. XV ist ein großes G gezeichnet, das wohl die Signatur des Klosterarchivs war, und von Hand s. XVII *den Clöstern S. Marie und S. Gürgen bey Naumburch gegeben*.

²) O. DOBENECKER, *Regesta diplomatica necnon epistolaria historiae Thuringiae II* (Jena 1900) S. 51 n. 290. ³) STUMPF 4040 a. ⁴) A. a. O. S. 51 n. 289. ⁵) FELIX ROSENFELD, *Urkundenbuch des Hochstifts Naumburg I* (Magdeburg 1925) 233 Nr. 252. ⁶) STUMPF 4040. ⁷) STUMPF 4041. ⁸) *Der Adel und die deutsche Kirche im Mittelalter*² (Kirchenrechtliche Abhandlungen hsg. von U. STUTZ, Heft 63–64, Stuttgart 1922) S. 202.

1.

Kaiser Friedrich I. bestätigt den Urteilsspruch des Landgrafen Ludwig von Thüringen, nach dem die Ministerialen des St. Georgenklosters in Naumburg dasselbe Lehnrecht wie die Lehnleute des Hochstifts Naumburg haben sollen.

Erfurt 1165 März 18.

Originaldiplom im Königlichen Hausarchiv zu 's Gravenhage (Varia 2 n. 1).

Die Rekognitionszeile fehlt hier wie in allen Diplomen dieser Zeit, weil es damals keinen Erzkanzler gab. Das Diplom ist von der kaiserlichen Kanzlei geschrieben, also keine Empfängerarausfertigung.

(C.) ✕ In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus ✕. | Quia de cunctis actibus nostris Deo rationem reddituri sumus, insuper et omnium hominum optutibus in excelso positi^a patemus, providendum nobis est, | ut non solum irreprehensibile, verum etiam laudabile sit omne, quod agimus. Eapropter, quia defensionem ecclesiarum Dei precipue nobis invigilandum esse cognovimus, nullam ipsarum aliquo gravamine aut exactione alicuius personę disturbari permittimus, quarum universitatem sublimare nos convenit atque fovere. | Unde et querimonias abbatis Eckehardi et fratrum cenobii sanctę Marię et sancti Georgii de Nuenburg clementer admisimus de quibusdam hominibus | ab eodem cenobio inbeneficiatis, qui se fictę appellabant herscilt, qui idem cenobium diu infestando irrationabiliter fatigaver(un)t diversas iniusticias | pro iusticiis ad libitum sibi usurpantes ac, dum proprie utilitati contra rationem consulerent, monasterii res et fratrum prebendas attenuaverunt. | Ad horum pertinaciam co(m)primendam rogatu Nue(n)burgensis episcopi et prefati cenobii abbatis et fratrum a provinciali comite Lodewico sententiam exquisivimus, | utrum hominum huius cenobii iusticia a iure^b hominum episcopii distare deberet necne quippe cuius dicioni subiaceret idem cenobium. Qui omnium in presentia | nostra consistentium assensu talem sententiam in commune promulgavit, quod predicti cenobii homines, sive appellarentur herscilt necne, ab episcopatus sui | hominum iusticia feodali in nullo discrepare deberent et quod beneficiati homines

^a) s korr. aus i. ^b) a iure von anderer Hand über der Zeile nachgetragen.

sancti Georgii nullam feudalem iusticiam nec aliquam aliam | pretendere possent, nisi sicut beneficiati homines de ipso episcopatu habent et tenent. Hanc sententiam et nos imperiali auctoritate corroboramus | atque, ut in futura succedentium temporum curricula stabilis et inconvulsa permaneat, hanc cartam inde conscribi eamque sigilli nostri impressione | iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Vto Nue(n)burgensis episcopus, Herimannus Verdensis^a episcopus, Herimannus Hersfeldensis^b abbas, Lodewicus lantgra|vius, Albertus marchio de Saxonia, Otto marchio de Missina, Theodericus marchio, comes Dedo, Gebehardus comes de Lukenb(er)g¹, Bertoldus | comes de Andesse, Herimannus prefectus de Missina, Heinricus prefectus de Donin et fratres sui, Otto de Trachnowa^c, Lambertus de Salheim, Heinricus de | Weda et alii quam plures. |

✠ Signum d(om)ni Frederici Romanorum imperatoris invictissimi ✠ (M.) |

Acta sunt hæc anno dominicę incarnationinis M^o. C^o. LXV^o, indictione XIII^a, | regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, | anno regni eius XIII^o, imperii vero X^o feliciter. Amen. | Dat. Erbfordie XV^o kal. aprilis. (SI.)² |

2.

König Otto IV. nimmt das Kloster Ter Doest in seinen Schutz und verleiht ihm im Reichsgebiet und besonders bei Kaiserswerth Zollfreiheit.
Brüssel 1200 Januar 30.

Original mit Siegelrest an Pressel Brügge, Priesterseminar, Ter Duinen Nr. 262.

Die Urkunde ist von Wichtigkeit für das Itinerar Ottos IV., über das wir in dessen Frühzeit wenig wissen. Eine weitere Urkunde Ottos IV. für das Kloster Ter Duinen, die kein Datum trägt, liegt ebenda im Original (Nr. 258) und in Vidimus von 1341 (Nr. 259). Sie ist wohl zum gleichen Datum einzureihen anstatt zu 1198 wie bei BF 208.

O. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Universis regni fidelibus et omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, gratiam suam et omne bonum. Notum vobis esse volumus, quod nos fratres de Thosan in terra dilecti ac fidelis consanguinei

^a) das erste e hat keine Schlinge, verdickt aus i. ^b) h korr. aus b.
^c) Tchnow.

¹) Graf Gebhard von Leuchtenberg.

²) POSSE I 22, 1.

nostri B. comitis Flandrie commanentes et bona eorum in protectionem et conductum nostrum accepimus et quod ipsos in omni iurisdictione nostre regie potestatis et precipue apud Werdene ab omni exactione et theloneo liberos et absolutos dimisimus. Volumus igitur et districte precipimus, ne quisquam contra hoc preceptum nostrum eos in aliqua exactione vel theloneo attemptet gravare. Quod si quis fecerit, sciat indubitanter se offensam et indignationem nostram incursum. Dat. apud Brusellum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo, tertio kalendas februarii.

3.

*König Rudolf I. erteilt dem Grafen (Guido) von Flandern für sich und seine Begleitung einen Schutz- und Geleitbrief, um am Königshof seine Sache gerichtlich entscheiden zu lassen.
bei Colmar 1281 Oktober 29.*

Original mit Pressel Gent, Staatsarchiv, Trésorerie des chartes des comtes de Flandre, Fonds Diegerick Nr. 417.

Der Brief berührt den zwischen den Grafen Guido von Flandern und Johann von Hennegau viele Jahre hindurch geführten Streit um Reichsflandern (vgl. O. REDLICH, Rudolf von Habsburg (1903) S. 649 ff.), in dem das Urteil vom 16. April 1282 BR 1645 eine gewisse Entscheidung bedeutete. Für diesen Gerichtstag ist dieser Geleitbrief ausgestellt worden.

Rud(olfus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Spectabili viro . . . comiti Flandrie fidei suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Etsi propter generale refugium, quod subiectis competit, pro suscepcione iusticie in suis actionibus quibuscumque apud Romanum imperium quisque fiducialiter possit accedere thronum regie maiestatis, tamen quia tu per strenuum militem Jacobum de Warnesperch, quem, ut tue fatebantur littere, super petendo conductu ad nostram presentiam transmisisti, nos cupientes votis tuis in hiis et in aliis, quibus de iure possumus semper annuere, te cum tota familia tua nostris se volente conspectibus presentare cum personis et rebus omnibus sub nostra protectione suscipimus et conductu nolentes, quod te vel tuos in veniendo, stando et redeundo aliquis impediat aut perturbet aut te volentem experiri coram nobis aut nostris iudicibus conveniat aliqua actione, que ex preteritis causis quibusbilibet ortum ducat.

Dat. apud Columbar. III^o kal. novembr., indictione X^a, anno domini M^o. CC^o. LXXX^o. primo, regni vero nostri anno nono.

4.

König Albrecht I. verspricht den Grafen Heinrich, Emicho, Otto und Johann von Nassau für ihre Dienste bis zum nächsten Sonntag 'Invocavit' (1302 März 11) 1200 Mark Kölner Denare zu zahlen, wofür der Abt von Fulda und viele Adlige unter Versprechen des Einlagers in der Stadt Friedberg sich verbürgen. vor Bingen 1301 August 27.

Original's Gravenhage, Königliches Hausarchiv, Nassau-Beilstein Nr. 3.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod considerantes nobilium virorum Heinrici, Emichonis, Ottonis et Johannis fratrum comitum de Nassowe dilectorum nostrorum fidelium puritatem fidei et virtuosa merita, quibus choruscare multipliciter dinoscuntur, ipsos^a nobis et imperio in adiutores et servitores duximus conquirendos promittentes nos ipsis propter hoc mille ducentas marcas denariorum Coloniensium tribus Hallen(sibus) computandis pro denario usque ad dominicam Invocavit venturam proxime soluturos, pro quibus quidem marcis predictis predictis comitibus fideiussores obligamus et obligavimus infrascriptos, videlicet venerabilem Heinricum Fulden(sis) ecclesie abbatem principem nostrum dilectum, nobiles viros Eberhardum de Katzenellenbogen, Eberhardum de Wirtemberg, Burchardum de Hohemberg, Georium^b Hyrsutum et Rudolfum de Werdemberg, comites Kraftonem et Albertum de Hohenloch, Johannem de Lichtenberg advocatum Alsacie, Ottonem de Ohsenstein, Ulricum de Hanowe advocatum Wetherauie, Gotfridum de Bruneke, Johannem burgravium de Rinneke, Renuardum de Stralemberg et Jacobum de Vrowenvelt curie nostre magistrum dilectos nostros fideles, qui, si memoratam pecuniam non solverimus, predicta dominica Invocavit a dictis comitibus de Nassowe moniti extunc infra quindenam Frideberg civitatem nostram intrabunt fideiussionis debitum expleturi tamdiu, quosque prefatis de Nassowe comitibus persolverimus pecuniam suprascriptam. Adiectum est eciam et condictum, quod fideiussorum predictorum quilibet unum nobilem famulum^c cum uno equo pro se ad exsolvendum obstagium in Frideberg poterit ponere seu locare. Dat. in castris ante Pinguam anno domini millesimo trecentesimo primo, VI kalen. septembr., regni vero nostri anno quarto.

^a) *Schluss-s auf Rasur.*

^b) *so Or.*

^c) *auf Rasur mit anderer*

Tinte geschrieben.

5.

Der Reichsvikar König Johann von Böhmen und Polen, Graf von Luxemburg, lädt den Grafen Robert von Flandern zu Beratungen über einen allgemeinen Landfrieden auf den zu Epiphanie (1313 Januar 6) einberufenen Reichstag nach Nürnberg ein. Prag 1312 Oktober 14.

Kopie s. XIV Lille, Arch. dép. du Nord, B 258/4965.

Der Text stimmt weitgehend mit dem Wortlaut der Einladung an den Bischof Johann von Straßburg überein (MG. Const. IV 2, 1130 n. 1126). Das Stück ist wohl nur gleichzeitige Abschrift, weil keine Spur einer Besiegelung zu erkennen ist.

Johannes Dei gratia Boemie et Polon(ie) rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes. Spectabili viro Roberto comiti Flandren(si) consanguineo suo karissimo sincerum in omnibus complacendi affectum. Inter diversas nostre sollicitudinis curas hoc non mediocriter insidet cordi nostro, qualiter partes Alemanie sub nostro felici regimine pacis comodo perfruantur. Collocatis siquidem in statu placido ac desiderata tranquillitate regnis et terris nostris ad presens divina favente providentia, quod ex officio generalis vicarie per serenissimum dominum et patrem nostrum karissimum dominum Henricum Romanorum imperatorem assistantibus^a principibus, nobilibus et civitatibus imperii nostris est iniunctum humeris, in instantis oportunitate temporis ad procurandum pacificum statum et pacem generalem per Alemaniam, ad quod tua requiritur personalis presentia, libenter et efficaciter exequi disponimus, ut tenemur. Quocirca sinceritatem tuam hortamur et petimus cum affectu^b in fidei debito, quo nobis et eidem astringeris imperio, nichilominus te monentes, quatinus in epiphania domini nunc ventura proxime in civitatem Norembergen(sem) ad tractandum, agendum et ordinandum una nobiscum et cum ceteris principibus, baronibus et nobilibus imperii, quos ad eundem locum et terminum similiter vocavimus, de bono et pacifico statu partium Alemanie venire nullatenus pretermittas. Datum Prage II idus^c octob., regnorum nostrorum anno secundo.

^a) assistentis.
Zeile nachgetragen.

^b) effectum.

^c) mit Verweisungszeichen über der

6.

König Ludwig der Bayer verleiht dem Bischof Petrus von Cambrai das Recht, den Treueid für die vom Reich herührenden Lehen den beiden königlichen Beauftragten Gerhard von Diest und Magister Heinrich von Galdonia, Kanoniker von Cambrai, Ratgeber und Kleriker des Königs, zu leisten.

Bacharach 1317 Juni 18.

Original mit Siegelrest an Seidenschnur Lille, Arch. dép. du Nord, Cathédrale de Cambrai. — Zit. H. DUBRULLE, Cambrai à la fin du moyen âge (Lille 1904) S. 277 nach Kopie.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Venerabili Petro Cameracensi episcopo, principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Considerantes sinceritatis et devotionis tue zelum, quem ad excellentiam nostram geris, sicut fidedignorum relatione didicimus et evidenter sentimus operis per effectum, et volentes propter hoc tuis et ecclesie tue prospicere commodis et dispendiis precavere tibi, ne pro recognoscendis et recipiendis feodis tuis, que a nobis et imperio obtines et tenere debes, curiam nostram accedendo nimium pregraveris laboribus et expensis et ne personam tuam viarum periculis exponere te contingat, huiusmodi feoda principatus tui per nobilem virum Gerhardum dominum de Diest fidelem nostrum et honorabilem virum magistrum Heinricum de Galdonia canonicum Camera-censem, consiliarium nostrum et clericum, die quo eisdem vice et nomine nostro et imperii fidelitatis et homagii sacramentum prestes debitum forma modoque consuetis, de speciali gratia liberaliter transmittimus et te licet absentem tamquam presentem investimus auctoritate regia de eisdem dantes tibi has nostras litteras maiestatis nostre sigillo munitas in testimonium super eo. Dat. Bacheraci XIII^o kalen. iulii, anno domini millesimo trecentesimo septimodecimo, regni vero nostri anno tertio.

7.

Kaiser Ludwig der Bayer verbietet dem Bischof Guido von Cambrai, Burgen, feste Plätze und Befestigungen seines Bistums an Leute aus Frankreich zu verkaufen oder bei solchen Verkäufen die Belehnung zu erteilen.

Nürnberg 1335 August 26.

Notariatsinstrument von 1335 September 18 Lille, Arch. dép. du Nord, B 1055/7015.

Lud(owicus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Venerabili Guydoni ecclesie Cameracensis episcopo, principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Nostre innotuit maiestati, quod quidam nobiles et alii strenui de regno Francie ad hoc conantur nimium et laborant, ut in terris tui episcopatus et tue iurisdictioni subiectis, quas a nobis et sacro imperio habere nosceris et tenere, castra, fortilitia et munitiones comparent atque emant. Verum cum hoc in nostrum et sacri imperii vergere posset preiudicium non modicum et gravamen, sinceritatem tuam monemus, requirimus et serius exhortamur, quatenus quoslibet de regno Francie nobiles et alios cuiuscumque conditionis existant, ne in tuis terris vel districtibus castra vel munitiones emant vel modo alio conquirant, prohibeas et impendas, quantum possis. Si qui vero contra tuam prohibitionem infra limites tuorum districtuum castra vel munitiones emere presumant, volumus, ut hos nullatenus investias de eisdem, sicut nostre maiestatis indignationem et gravem offensam volueris evitare. Dat. Nuremberg(ie) XXVI^a die mensis augusti, regni nostri anno vicesimo primo, imperii vero octavo.
